UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis, quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, & praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque obeundi

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

I. Salutatio, Optatio, & Oblatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50863

Visual Library

poſtea in recollectione: illa verò, quæ i- rat, conſerva in corde tuo, & prompti- ſequere: tendunt enim eò omnia, ut r- das velut alter Chriſtus, cujus perſon- ſuſtines, vitâ & moribus ei ſimilis, ſit Diſcipulus ſicut eſt Magiſter ejus.

POST SACRUM.

Affectus.

I. *Salutatio, Optatio, & Oblati-*

AVe Rabboni amantiſſime! ave M- ſter dulciſſime! ave Domine mi Chriſte, & infinitè millies ſalve! O D- ne Infans, amor meus & omnia! quo te excipiam? quibus verbis te ſalutabo? ſigna benevolentiæ exhibebo? quo am- xu te ſtringam? O ſi haberem puriſſi- Matris tuæ pectus, quo te exciperem! ſephi æſtimationem, quâ te ſtuperem! gelorum cantica, quibus te glorifica- Regum munera, quæ offerrem! omn- mortalium obſequia, quibus tibi ſervi- O ſi haberem Bernardi tui oſculum, Fr- ciſci fletum, Ignatii ſilentium, Cath- Senenſis deſiderium, quibus amorem

dium & affectum meum conteſtarer! Verùm cùm nihil horum in me reperiam; ſuſcipe omnem libertatem & voluntatem meam; accipe totum corpus & animam meam in poſſeſſionem ac Domum tuam; ego enim illa, cum omni potentiarum ac ſenſuum familia ad omne obſequium & beneplacitum tuum promptus ſiſto.

II. Humiliatio & Laudatio.

SEd unde hoc mihi, ut Salvator & Redemptor meus veniat ad me? Unde hoc mihi, ut veniat Magiſter ad Diſcipulum, Dominus ad ſervum, Lux ad tenebras, Juſtitia ad iniquitatem? Benedicta ſit tam profunda humilitas! laudata ſit tam ſublimis charitas! Superexaltata ſit tam inaudita Bonitas! Benedictio & claritas, & gratiarum actio, & honor & virtus & fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorum. Amen. Verùm quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, omnes Angelorum Hierarchias & choros ad laudes tuas depromendas invito.

III. Hymnus.

BEnedicite omnes Seraphini Domini Domino; laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.